



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 90. Titulus X. De Reliquiis Sanctorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Canon XIV. *Non liceat Ecclesias, capellas, seu Sacella, & Oratoria construere nisi cum Episcopi licentia.*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1584.

§. XC.

*Titulus X. De Reliquiis Sanctorum.*

**T**itulus decimus quinque Canonibus absolvitur, quorum primus his verbis est conceptus: *Curent Episcopi, ut Reliquiarum honor populo Dei prædicetur.*

Canon II. *Reliquiæ non ostendantur extra capsam, nisi ex solemniori more, & ritu alicujus Ecclesiæ id fiat, sed cum honore, & reverentia serventur.*

Canon III. *Non transferantur Sanctorum Reliquiæ sine auctoritate summi Pontificis, vel Episcopi, vel Concilii.*

Canon IV. *Siquæ Sanctorum Reliquiæ suis capsis spoliatae adhuc injuria temporum restitutæ non sint, novis vasculis, & capsis recludantur, & benedicantur, nec temere recipiantur, sed approbentur auctoritate summi Pontificis, aut Episcopi loci, qui juxta decretum Concilii Tridentini easdem prius agnoscat: si quæ in domibus privatis sint, auctoritate Episcopi ad Ecclesiam reducantur.*

Canon V. *Ab Ecclesiasticis personis deportentur in supplicationibus publicis, non a laicis, nisi forte ex antiqua, aut laudabili consuetudine Ecclesiarum, & locorum id illis concessum sit.*

L 5

§. XCI.